



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

XIV. D. Avtor.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

XIV. D. AVTOR.

D Author à Mariano & Methodio brevissimè, sed simul maximè laudatus Episcopus, sæviente Maximino Thrace inter socios Sacerdotes multos cecidit Martyr dignissimus, cuius reliquiæ Brunsvigum, & inde Paderbornam venerationis causâ transferrentur.

XV. MAURITIUS, aliis Fauritius, mort. an. 244.

XVI. FORTUNATUS.

XVII. CASSIANUS.

XVIII. D. MARCUS.

XIX. D. NAVITUS.

Ex allato hætenus Episcoporum numero Methodius collegit 16. Martyrio insignes.

XX. D. MARCELLVS.

D Marcellus cum Eiscopis Successoribus incidit in difficilissima tempora, quibus Diocletianus & Imperii Collega Maximianus Hercules per Rictium Varum præsidem Treviris præsertim in Christianos severissimè, juxtâ ac crudelissimè sæviêrunt: aliàs nimirum sæpe, & præcipuè per tridui aliquando spatium in campum Martium educti, aut pecorum more per portas urbis expulsi, & Diis thus adolere jussi Christianorum propemodum innumeri, cum inter unius Divini Numinis laudes constanter perseverâssent, ad unum omnes variis suppliciis torti & enecti, denique in Mosellam fuerunt demersi; unde fluvii undæ per sex leucarum spatia sanguineo colore rubuisse perhibentur. Porro Martyrum horum incredibilem copiam die mensis Octobris sexta sub

May.